

Ego vero preponderans utile dulci, nec tardum operiens, nec precentibus instans, projicio ampullas et sexquipedalia verba, nec me nominibus furiosus comparo magnis, illius non inmemor: "Metiri se quemque suo modulo ac pede rectum est"

Rejectis itaque panniculosis proemiorum ambagibus, compendiosum phase faciens, "Brevis esse laboro", succincta namque brevitatis probanda est, si tamen succi sententia non fuerit jejuna. Nam ut ita et flacti sententia perhibet; "Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci".

Quoniam igitur humana labilis est memoria rerum potest sufficere, ab hoc cautele sagaci actum est arbitrio leges autentice institutionis et jura civica, que consulta discretione ad sedendam seditionem inter cives de regali auctoritate manarunt litteram apicibus anotari, ut majori, quia regali turricem munita, malignantium versucia nullatenus possint infringi, vel alicujus subreptionis molestia deinceps enervari.

Hac ergo consideratione aldefonsus dei gratia rex ductus, regum iberiensium potentissimus, cujus immense celsitudinis et consone vero fame preconium a solis ortu cardine ad usque terrae limitem longe lateque dispersum insonuit, cujus imperio reges subici cujus regimine gaudeant leges regi, quo rectore regna superbiunt ibera, pro tuicione pacis et jure equitatis inter clericum et laicum, civem et agricolam, egenum et pauperum, forensium institutionum summan compilavit, et compilatam diligentius scribere precepit, ut quidquid questionis aut disceptationis, tam in petitione quam ex actione, (tan causa quam metiam acusatione) inter cives aut incolas urtum occurrerit, omni appellacione remota, preter quam in